scripsit, iniunxit alicui (gebieten, auflegen) p. 211 l. 12 sq. B) rei, quam quis appetit, desiderat, cuius quis curam habet. ܒܛܝܠ ܗܘܐ ܠܗ ܥܠ *curae erat ipsi* alqd, *curam habebat* rei p. 7 l. 3., ܐܬܒܛܠ ܠܗ ܥܠ *curavit* alqd, *laboravit* (sollicitus fuit) *de* re p. 215 l. 1 sq., ܣܢܝܩ ܥܠ ܦܪ̈ܘܓܐ *pullos columbinos desiderat, opus habet pullis columbinis* p. 81 l. 4. Hinc ܣܢܝܩ ܥܠ ܫܝܫ̈ܠܬܐ *opus habet catenis* p. 8 l. 14. C) rem, in qua, tanquam eminentia, alqd versatur, nititur, qua quid superstruitur. Dicitur a) de modo, ratione et conditione, qua quid fit, cui quid adstringitur. *Dedit ei filiam suam* ܥܠ ܬܢܘܝܗ *sub conditione* (*auf* die Bedingung *hin, unter* der Bedingung) p. 37 l. 18., *velim, ut affinitate mecum sese devinciat frater tuus* ܥܠ ܚܬܝ ܕܐܚܘܟ *super sororem meam*, i. e. matrimonio sororem meam sibi iungendo eique (sorori) affinitatem quasi superstruendo, p. 86 l. 18., ܥܠ ܣܒܪܐ *spe fretus* Ass. B. O. T. I p. 144 col. 2 l. 19., ܥܠ ܣܘܥܕܢܗ ܕܡܪܢ *ope Domini nostri* ib. T. III P. I p. 463 col. 1 l. ult. b) de modo et ratione, ad quam quid fit, *ad, secundum, convenienter* p. 11 l. 10., redditus est liber ܥܠ ܬܠܬܐ ܨܚ̈ܚܐ *ad tria exemplaria* Ass. B. O. T. II p. 93 l. 16., *ex:* ecclesia, ܕܥܠ ܫܡ ܦܠܢ *quae ex* s. *de nomine alcius* (sc. appellata est) p. 122 l. 4., cuderunt nummos ܥܠ ܫܡ ܦܠܢ *nomine* s. auctoritate *alcius* p. 36 l. 15 sq. c) de materia s. re et persona, de qua agitur, *super* c. abl., *de* p. 11 l. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 29 l. 10. 145 l. 6. 171 l. 8. ܥܠ ܗܝ *de ea re* p. 11 l. 13., ܐܡܪ ܥܠ *dixit de* alqa re p. 176 l. 13., *de* alqo p. 69 l. Syr. 1., ܐܬܚܫܒ ܥܠ *cogitavit de* alqa re p. 169 l. 1., ܐܦܩ ܛܒܐ ܥܠ *famam sparsit de* alqo p. 77 l. 12 sq., ܟܬܒ ܥܠ *scripsit de* re p. 84 l. 6 sq., ܫܡܥ ܥܠ *audivit de* alqo p. 28

l. 8., ܣܗܶܕ ܥܰܠ *testatus est, testimonium dixit de, pro* alqo p. 218 l. 22 sq. d) de ratione et causa, propter quam alqd fit vel factum est, *causa, de, propter.* ܫܐܶܠ ܥܰܠ *interrogavit* alqm *de* alqa re p. 122 l. 11. 132 l. 7. 143 l. 3. ܗܳܢܳܐ ܥܰܠ, ܗܳܕܶܐ ܥܰܠ *ea de causa, propterea* p. 1 l. Syr. 5. 92 l. ult., ܗܳܝ ܥܰܠ *id.* p. 102 l. 6. ܥܰܠ ܕ *propterea quod, quoniam.* Cum verbis animi motum indicantibus: ܐܶܬܐܰܒܰܠ ܥܰܠ *luxit, maeruit* alqm, alqd, p. 169 l. 9., ܒܟܳܐ ܥܰܠ *flevit, deploravit de* alqo, alqa re, p. 137 l. 7 Syr., ܓܚܶܟ ܥܰܠ *derisit* alqm, alqd, p. 207 l. 4., ܕܚܶܠ ܥܰܠ *timuit de* alqa re, alqd, p. 91 l. 17., ܚܕܺܝ ܥܰܠ *gavisus est de* alqa re p. 153 l. 19., ܐܶܬܚܰܡܰܬ ܥܰܠ *iratus est de* alqo, alicui, p. 158 l. 16. 205 l. 12., ܟܪܳܐ ܥܰܠ *doluit de* alqo, alqa re, p. 169 l. 9 et al.

ܥܶܠ (cuius st. emph. esset ܥܶܠܳܝܳܐ = Ch. עִיל, עֵילָא et עִלָּא) m. *supernum, pars superior* (Ar. عُلْو, عِلْو et عَلٌ *id.*, it. عَلَاءٌ). ܥܕܰܡܳܐ ܠܥܶܠ *usque ad supernum, usque ad superiores partes s. regiones* p. 177 l. 14. Cum ܠ praef., quod sibi iungit, ܠܥܶܠ (= Ch. לְעֵיל, לְעֵילָא) abit in adv. *sursum, in altum* (hinauf) Deut. 28, 43. Bar-Hebr. chron. p. 561 l. 6., *supra* (aufwärts, drüber). ܡܶܢ ܒܢܰܝ̈ ܥܶܣܪܺܝܢ ܫܢܺܝ̈ܢ ܘܰܠܥܶܠ *ex filiis viginti annorum* (viginti annos natis) *et supra* p. 103 l. 5. Ex. 30, 14. Seq. nom. aut pron. postulat post se praepos. ܡܶܢ, cum eaque significat *supra* (oberhalb von, über) alqd p. 14 l. 4. 142 l. 11. 143 l. 12. 200 l. 10. 11 et al. ܠܥܶܠ ܡܶܢܶܗ *supra cum* p. 177 l. 14. 183 l. 1., ܠܥܶܠ ܡܶܢܳܗ̇ *supra eam* (terram) p. 181 l. 7. ܡܶܢ ܠܥܶܠ (Ch. מִלְּעֵילָא, He. מִלְּעֵל, Ar. مِنْ عَلُ, مِنْ عَلِ) *desuper* p. 17 l. 6 Syr.

ܥܠܘܝ (Bar-Bahl. ܥܠܘܗܝ) mihi est forma 1) st. c. pl. nom. praeced. ܥܠ (ܥܠܐ), praepositioni inserviens, *super* Iob. 29, 4. 2) pl. eiusdem nom. c. aff. 1 pers. (= Ch. עֲלָוַי) *super me* p. 202 l. 9.

ܥܠܝ vox Ar. عَلِيّ (eminens) *Ali*, n. pr. Chaliphae, p. 71 l. 1.

ܥܠܝܐ m. (ab ܥܠ [ܥܠܐ] = Ch. עִלָּאָה, He. עֶלְיוֹן) 1) *supernus*, *altus*, *supremus*, *superior*, p. 176 l. 6. 180 l. 5., f. ܥܠܝܬܐ, pl. m. p. 176 l. 9. 2) *supremus*, *summus*, de Deo, p. 160 l. 4.

ܥܠܒ, ܢܥܠܘܒ, pr. *pressit* super, in, contra alqd (Ar. غَلَبَ c. عَلَى). 1) *oppressit*, *afflixit* alqm, *vim intulit*, *iniuriam fecit* alicui (Ch. et Rabb. עֲלַב), *expressit*, *per vim et iniuriam cepit*, *eripuit* alicui alqd. 2) *praeponderavit*, *praepolluit*, *superior fuit*, *subegit*, *superavit*, *vicit* c. ܥܠ p. *alqm* alqd p. 35 l. 12., *superavit* alqis, *praestitit* alicui, ܠ, alqa re, ܒ, p. 225 l. 1.

ܥܘܠܒܐ f. v. Ar. عُلْبَة, a r. عَلَبَ, *mulctrale simileve vas capacius,* ex corio camelino vel ligno, p. 94 l. 12.

ܥܠܡ r. Syris, uti videtur, inus. Ch. עֲלַם vel עֲלִים *robustus fuit*, Ar. غَلِمَ *coëundi cupidus, libidinosus fuit.*

Pa. ܥܠܡ v. denom. 1) a seq. ܠܥܘܠܡܐ *ad iuventam produxit* alqm, *innovavit*, *renovavit* alqd. 2) a seq. ܠܥܠܡܐ signif. 2. c. *ornavit*, *subornavit* alqm, alqd, ܠ, alqa re, ܒ, p. 144 l. 2.

ܥܠܝܡܐ m. (Ch. עוּלֵם, עוּלֵימָא, He. עֶלֶם, Ar. غُلَام) *adolescens*, *iuvenis* p. 31 l. 1., pl. p. 44 l. ult.

ܥܠܝܡܘܬܐ f. *adolescentia, iuventa* p. 24 l. 9. 168 l. ult., it. *iuventus*, *adolescentes* p. 199 l. 7. 208 l. 7.

ܥܠܡ (aliquando ܥܠܡ), ܥܠܡܐ m. (He. עוֹלָם, Ch. עָלַם, עָלְמָא et עֲלַם, עָלְמָא) i. q. Gr. *αἰών*, *aevum*, *sae-*

culum. H. e. 1) ܥܠܡܐ (= He. עוֹלָם) *longum et indefinitum temporis spatium* (pr. occultum, spec. tempus hominibus incertum et absconditum, ex Hebr. etymologia ab עָלַם abscondit), modo longum: *diuturnitas, vetustas* seu *longinquitas temporis sive praeteriti sive futuri*, modo longissimum, immensum, aeternum: *perpetuitas, sempiternitas, aeternitas.* (Bar-Bahluli ܥܠܡܐ significat a) *quod neque principium habet, neque finem*, quod igitur semper fuit et semper futurum est, tempus immensum, temporis perpetuitatem, aeternitatem [cfr. Ps. 105, 17.]; b) *quod fine caret, sed non perinde principio*, et c) *quod principium habet et idem finem*, ut igitur ponatur indefinite pro quovis longo tempore.) ܠܥܠܡ (He. לְעוֹלָם, Gr. εἰς τὸν αἰῶνα) *in aevum* i. e. in omne aevum, *in perpetuum, sempiternum, aeternum* p. 134 l. 6. 148 l. 11. 149 l. 13. 200 l. 2 (pertinet ad b.), it. 169 l. 6. 195 l. 15 (He. לָנֶצַח), c. negat. (*non* - *in perpetuum* i. e.) *plane nullo tempore, nunquam* p. 156 l. 13. 157 l. 16., *collaudabo te* ܠܥܠܡ *in aevum, perpetuo,* hyperbol. (quoad vivam, pertinet igitur ad c.) Ps. 30, 13. ܠܥܠܡܥܠܡܝܢ *in aeva* s. *saecula*, i. e. in omnia aeva s. saecula, Ass. B. O T. I p. 215 col. 2 l. 7. ܥܕܡܐ ܠܥܠܡ (He. עַד עוֹלָם, Gr. ἕως αἰῶνος) *usque in* omne *aevum, in aeternum, perpetuo* (dum erit) p. 164 l. 13 sq. 166 l. 16. ܡܢ ܥܠܡ s. ܡܢܥܠܡ (He. מֵעוֹלָם, Gr. ἀπ' αἰῶνος) *ab aeternitate*, i. e. *a vetustate, ab antiquissimis temporibus* p. 75 l. 2., addita negat. *ab ullo tempore non, post hominum memoriam non, nunquam ante hoc tempus* p. 129 l. 2.

2) ܥܠܡܐ i. q. Gr. αἰὼν et κόσμος, et *saeculum* apud Christianos scriptores, *mundus* (res creatae, quae principium habent, sed non perinde finem, Ar. عَالَم et عَلَم). a) *mundus, rerum universitas*, coelo terraque constans, Matth. 24, 21. 25, 34. b) *mundus*, in quo vivimus, *orbis terra-*

rum, p. 12 l. 6. 14. 183 l. 3. ܥܠܡܐ ܗܢܐ *hic mundus* et *haec vita* p. 141 l. 12. 195 l. 12., ܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ *mundus futurus*, *vita futura* p. 193 l. 4. ܫܘܠܛܢܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ *potentia huius mundi* i. e. opes terrenae, bona huius vitae, p. 214 l. 5., *doctrina*, ܕܒܥܠܡܐ ܗܢܐ *quae in hoc mundo*, i. e. saecularis, quae ad hunc mundum, ad hanc vitam pertinet, profana, ib. l. 7., ܡܪܕܘܬܐ ܕܥܠܡܐ *disciplinae saeculares*, studia saecularia, ib. l. 12. Saepe ut Lat. aevum et saeculum metonymice ponitur pro *hominibus, qui in hoc mundo sunt, alqo saeculo vivunt*, p. 148 l. 12. 149 l. 13. 150 et 151 l. ult. 152 et 153 l. 1., et pro *moribus saeculi*. ܐܘܪܚܐ ܕܥܠܡܐ *via mundi*, i. e. mores eorum, qui rebus humanis, terrenis, vanis student, p. 198 l. 17. c) i. q. Gr. κόσμος pr. significat, *ornatus* Versio hexapl. Syr. Ps. 102 (103), 5., ubi Aquilae et V[tae] lectio κόσμος, pro He. עֶדְיֵ ibi posita, expressa est per ܥܠܡܐ, et ab Hieronymo, Aquilam sequuto, per *ornamentum*.

ܥܠܡܢܝܐ m. adi. *mundanus, ad hunc mundum pertinens*, h. e. 1) *humanus, terrenus* (weltlich, irdisch). 2) *saecularis, civilis* p. 136 l. 5., (oppos. ecclesiast.) pl. m. p. 135 l. 16. Pl. f. ܥܠܡܢܝܬܐ *res humanae, terrenae, vanae*, p. 198 l. 18.

ܥܡ r. Syris inus. Ar. عَمَّ *commune fuit* alqd multis.

ܥܡ, ܥܡܐ m. *populus* p. 21 l. 9. 24 l. 8. 164 l. 3. 4., it. *multitudo, turba*. (Ch. עַם, עַמָּא, He. עַם id., a r., quam statuunt, עָמַם congregavit, coniunxit, ut pr. sit *congregatio, coniunctio, communitas* hominum, عَمّ multitudo, turba hominum, عَمِيم multitudo, عَامَّة id., spec. vulgus, plebs, عُمُوم communitas.). Pl. ܥܡܡܝܢ, ܥܡܡܐ *populi* p. 22 l. 6. 143 l. 17., *gentes* p. 164 l. 4 et al.

ܥܡܘܡܝܐ m. (Ar. عَمِّيٌّ) *unus de multis, homo de plebe*, pl. ܥܡܘܡܝܐ *plebs, vulgus*, p. 37 l. 4. 40 l. 11.

ܥܶܡ (Ch. et He. עִם, Ar. مَعَ et مَعْ) pr. *coniunctio, communitas* (v. voc. praeced. ܥܰܡ). Abit in praepos., c. aff. ܥܰܡܶܗ, ܥܰܡܝ etc., quae communionem, societatem, comitatum indicat, a) *cum* (mit, nebst) p. 3 l. 7. 125 l. 16. 140 l. 11. 185 l. 2. 215 l. 5., *una cum, simul cum* p. 32 l. 1. 106 l. 1. 213 l. 4. 214 l. 22. 224 l. 16., *simul cum, aeque ac, pariter atque* p. 197 l. 3. 207 l. 9. ܥܰܡ ܗܳܝ ܕ *simul ut, simul ac* p. 185 l. 12. ܡܰܠܶܠ ܥܶܡ *loquutus est cum* alqo p. 2 l. 11., ܐܰܩܪܶܒ ܥܶܡ *certamen inivit, pugnavit cum* alqo, i. e. contra alqm, p. 138 l. 4. b) *propter, iuxta* (neben), ܥܶܡ ܓܶܒܳܐ *iuxta latus*, i. e. *a latere* alcius, p. 95 l. 5., *apud* alqm, *coram* alqo p. 160 l. 16., *penes* alqm p. 92 l. 4. ܗܘܳܐ ܥܶܡ *fuit cum* alqo, i. e. *apud* alqm, *secum habuit* s. *duxit* p. 92 l. 12., *adfuit* alicui p. 148 l. 11., *fuit a parte* alcius p. 7 l. 5., *fecit cum* alqo p. 90 l. 3 sq., *fuit penes* alqm p. 41 l. Syr. 5. 8. ܒܨܳܐ ܥܶܡ *quaesivit, disputavit cum* alqo, *quaesivit ab* alqo (bei Jem. forschen) p. 72 l. 12., *quamquam, licet*. ܘܥܶܡ ܟܽܠܳܗ̇ ܗܳܕܶܐ ܡܰܝܬܪܽܘܬܳܐ *et cum omni hac* (und bei all' dieser) *praestantia*, i. e. *et licet tanta* (maxima) *esset praestantia*, quae in hoc viro inerat, tamen etc. p. 35 l. 10 sq.

ܥܡܰܕ, fut. ܢܶܥܡܽܘܕ, 1) *mersus, immersus est; mersit, immersit se* c. ܒ *in* alqd. *Altitudini* (imo) *maris* ܥܳܡܕ *se immergit* p. 209 l. 5., *aculeus* sagittae *immersit se in cerebrum eius, inhaesit in cerebro eius*, Bar-Hebr. Chr. p. 558 l. 2 a f. (Cfr. Ar. غَمَدَ, quod trans. habet significationem *immersit, immisit* alqd, *recondidit* [stekken] gladium in vaginam). Transl. *mersit se dies*, i. e. inclinavit se, abiit, Ephr. opp. T. I p. 81 l. 29. 2) mergendo in aquam *lavatus, ablutus est*. 3) *sacro lavario initiatus, baptizatus est*.

Aph. ܐܰܥܡܶܕ (Gr. *βάπτειν*,

βαπτίζειν) 1) *mersit, immersit.* 2) *lavavit, abluit.* 3) *baptizavit.*

ܡܥܡܘܕܝܘܬܐ f. *baptisma* p. 173 l. 6.

ܥܡܛ, fut. ܢܥܡܛ, *obscurus, caliginosus fuit.* Ch. עֲמָא.

ܥܡܛܢ, ܥܡܛܢܐ m., ܥܡܛܢܝܬܐ f. adi. *obscurus, caliginosus, a, um,* p. 171 l. 3.

ܥܡܛܢܘܬܐ f. *obscuritas, tenebrae,* p. 161 l. 19.

ܥܡܛܬܐ m. *caligo* p. 161 l. 5. 171 l. 13.

ܥܡܠ, fut. ܢܥܡܠ, *laboravit, labore se exercuit* p. 191 l. 2. (Ch. עֲמַל, He. עָמַל id., Ar. عمل).

ܥܡܠܐ m. 1) *opera, labor* p. 144 l. 10., *labor* gravis, molestus. Hinc 2) *labor* (sensu transl.), *molestia, aerumna* p. 191 l. 1.

ܥܡܠܐ m. (He. עָמֵל) 1) *qui laborat,* max. cum molestia. 2) *laboriosus, afflictatus, aerumnosus,* pl. p. 189 l. 12.

ܥܡܩ r. Syris in Pe., itemque Chald. inus. He. עָמַק vel עָמֵק, Ar. عَمُقَ et عَمِقَ *profundus fuit.*

Pa. ܥܡܩ (Ar. عمّق) *profundum fecit.* Transl. *compressit* oculos suos, *connivit* p. 192 l. 12. Dicitur tam de iis, qui oculos suos comprimunt, ne rem alqam videant aut intueri videantur (Ar. أغمض, quod interpres Ar. h. l. [Iob. 16, 9.] posuit pro ܫܢܢ), quam de iis, qui oculos non omnino, sed paene claudunt, ut acrius aciem intendant, acrius intueantur alqd (Bar-Bahl. حدّق عمّق).

ܥܡܝܩ, ܥܡܝܩܐ m. adi. (a partic. Peil) *profundus, altus* p. 177 l. 11. 17. 208 l. 12., f. ܥܡܝܩܬܐ ܫܢܬܐ, ܫܢܬܐ ܥܡܝܩܬܐ *somnus altus* s. *arctus* p. 190 l. 3. 4. Pl. m. p. 132 l. 17.

ܥܡܝܩܘܬܐ f. (*profunditas*) *altitudo* p. 176 l. 5. 177 l. 10. 12.

ܥܘܡܩܐ m. (opp. ܪܘܡܐ) *altitudo, profundum, altum* (*imum*) p. 209 l. 5., pl. ܥܘܡܩܐ p. 72 l. 2. 181 l. 2. 3. 219 l. 18. 220 l. 4. 222 l. 18.

ܥܡܪ, fut. ܢܥܡܪ, (Ar. عمر) *domicilium collocavit* p. 33 l. 10., *habitavit, domicilium,*

sedem habuit p. 218 l. 3. 219 l. 7., c. ܒ loci *in* alqo loco p. 33 l. 10. 105 l. 10. 182 l. 12. 213 l. 18., *commoratus est* alqo loco, *coluit* i. e. frequentavit locum, frequens et assiduus fuit alqo loco p. 156 l. 6., *mansit* alqo loco. *Habitavit* ܥܡܪ ܥ̄ *cum* alqo (in domo) p. 215 l. 6. 216 l. 10., *una cum, simul cum* alqo p. 214 l. 22. Transl. *habitavit* c. ܒ p. *in alqo*, i. e. *infuit in* alqo, *adfuit* alicui p. 148 l. 2. 218 l. 18., ܠܘܬ ܥ̄ *apud alqm*, i. e. *mansit apud* alqm, *adfuit* alicui p. 148 l. 14.

Aph. ܐܥܡܪ 1) *incolere, habitare fecit* alqm, *sedem dedit* alicui, c. ܒ l. p. 112 l. 9. 2) *cultum et habitatum reddidit* locum (Ar. عَمَرَ), ✎, p. 12 l. 8.

ܥܡܝܪܬܐ f. *culta, habitata* sc. terra (Ar. عامِر *cultus et habitatus* locus), *orbis terrae habitabilis, terra culta et habitata* p. 12 l. 6. 97 l. 8. 109 l. 3. 183 l. 12. 200 l. 8.

ܥܡܘܪ, ܥܡܘܪܐ m. *habitator, incola*, pl. p. 112 l. 8. 212 l. 8 et al.

ܥܡܘܪܘܬܐ m. *habitandi locus, domicilium, sedes* p. 101 l. 6.

ܥܘܡܪܐ m. 1) *habitatio, locus, ubi quis habitat, domicilium.* 2) *coenobium* p. 126 l. 1. 3) *vita* (Ar. عُمْر), *vitae ratio* p. 212 l. 2. 214 l. 13.

ܡܥܡܪܐ m. *habitatio, habitaculum* p. 65 l. 6. 181 l. 5. 182 l. 16.

ܡܬܥܡܪܢܐ m. *habitabilis, cultus, habitatus.* Fem. ܐܪܥܐ ܡܬܥܡܪܢܝܬܐ *terra habitabilis, culta et habitata, orbis terrae habitabilis* p. 185 l. 4. et, ܐܪܥܐ omisso, p. 161 l. 13. 183 l. 13. 185 l. 9.

ܥܡܪ, ܥܡܪܐ m. (Ch. עֲמַר, עַמְרָא, He. צֶמֶר) *lana* p. 103 l. 10.

ܥܡܪܢܐ m. *laneus*, pl. p. 49 l. 9.

ܥܢܐ, fut. ܢܥܢܐ, i. q. Gr. ὁμιλεῖν 1) *conversatus est, commercium habuit cum alqo,* cfr. ܥܢܝܢܐ (Ar. غَنِيَ versatus, conversatus est, fuit, vixit in alqo loco, c. ب).

2) (de praesentis cum presente sermone) *commercium sermonis, loquendi audiendique habuit, colloquutus est cum alqo.* a) *allocutus est, sermonem* s. *loqui orsus est* Iob. 3, 2. Zach. 1, 10. Ass. B. O. T. III P. I p. 184 col. 1 l. 21. 218 col. 1 l. ult. b) *respondit* p. 150 l. 4. 167 l. 11. 169 l. 1. 206 l. 5. c) *audivit* alqm, *petenti alicui satisfecit* p. 164 l. 1. 166 l. 3. (He. עָנָה, Ch. עֲנָא, עֲנָה *id.*, Ar. عَنَى voluit, intendit alqd dictis, significavit). 3) (de rebus, cum quibus quis conversatur, in quibus versatur) c. ܒ r. *occupatus fuit* alqa re, *versatus est in* alqa re, *operam dedit* rei (Ar. عَنِيَ coni. I. III et VIII c. ب r.) Luc. 10, 40. Ass. B. O. T. I p. 102 col. 1 l. 25. 439 col. 2 l. 4 a f. Partic. Peïl ܥܢܐ *occupatus, versatus* c. ܒ r. *in* alqa re, *deditus* rei, p. 108 l. 14., ܒܚܕܘܬܐ ܥܢܐ ܗܘܐ *in laetitia - versatus erat, laetitiae - indulgebat,* p. 112 l. 10., pl. ܥܢܝܢ *occupati, operam dantes, elaborantes* p. 199 l. 15.

Ethpe. ܐܬܥܢܝ *conversatus, versatus est* ܥܡ ܒ *cum alqo, consuetudine alcius usus est* Ass. B. O. T. III P. II p. 120 l. 1., c. ܒ r. *vacavit* rei 1 Cor. 7, 5. vers. Charkl., Ass. l. l. T. III P. I p. 243 col. 2 l. 15 a f.

Ethpali ܐܬܥܢܝܘ *operam navavit* rei, ܠ, philosophiae p. 10 l. 14. (= Gr. ὁμιλεῖν φιλοσοφίᾳ).

ܥܢܝܢܐ m. *conversatio, consuetudo, familiaritas* p. 80 l. 6. 221 l. 14.

ܥܢܐ, ܥܢܐ f. semper collect. *oves, pecus* (oris), *grex ovium, pecoris,* p. 92 l. 1. 103 l. 9. 111 l. 14. 188 l. 8. (Ch. עָן, עָאן, עָנָא, He. צאן *id.*, Ar. ضَأْن et ضَان oves, pecus, غَنَم oves, grex ovium, pecoris).

ܥܢܕ, fut. ܢܥܢܕ, 1) *migravit, discessit* (Ar. عَنَدَ coni. III.). 2) *migravit, discessit ex vita, obiit* p. 32 l. 3. 13. 67 l. 14. 112 l. 10. 116 l. 16. Transl. *abiit, evanuit, esse desiit, defecit* p. 168 l. 10. 13. 195 l. 11.

ܥܢܝܕܐ m. *defunctus, mortuus,* pl. p. 11 l. 2.

ܥܘܢܕܢܐ m. *obitus, mors* p. 106 l. 16. 137 l. 12.

ܥܢܢܐ f. *nubes* p. 171 l. 3., pl. ܥܢ̈ܢܐ p. 160 l. 2 et al. (Ch. עֲנָנָא, עֲנַן, He. עָנָן a r. inus. עָנַן, cui *tegendi* potestatem vindicant, Ar. عَنَانَةٌ, pl. عَنَانٌ, et عَنَانَةٌ *id.*).

ܥܢܦܐ, pl. ܥܢ̈ܦܐ, f. (Ar. غُصْنٌ, غُصْنَةٌ) *ramus* p. 14 l. 6. 168 l. 10. 195 l. 11. (He. יוֹנֶקֶת, Ch. יַנְקוּתָא).

ܥܣܒܐ m. (Ch. עִשְׂבָּא, עִסְבָּא, He. עֵשֶׂב, Ar. عُشْبٌ) *herba, gramen,* pl. p. 170 l. 16. 180 l. 14.

ܥܣܘ s. ܥܝܣܘ (Gen. 25, 25.) *Esavus*, n. pr. filii natu maioris Isaaci, p. 186 l. 8. ܒܢܝ ܥܣܘ *Esavitae* i. e. *Idumaei* p. 186 l. 6.

ܥܣܩ i. q. Ar. صَعُبَ *difficile, arduum fuit* alqd, *difficilis, inobsequens fuit* alqis.

Ethpe. ܐܬܥܣܩ *gravatus est, difficilem se praebuit, recusavit* p. 87 l. 8.

ܥܣܩ, ܥܣܩܐ m. adi. *difficilis, arduus,* pl. p. 65 l. ult., *gravis* p. 2 l. 8.

ܥܣܩܐܝܬ *difficile* p. 188 l. 5. (opp. ܦܫܝܩܐܝܬ).

ܥܣܪ f., ܥܣܪܐ m. *decem* p. 21 l. 6. 40 l. 3. ܥܣܪܐ *deni* p. 103 l. 11. Pl. ܥܣܪܝܢ g. c. *viginti* p. 6 l. 6. ܒܥܣܪܝܢ *vicesimo* die p. 223 l. 6. 9. ܥܣܪܝܢ ܥܣܪܝܢ *viceni* p. 122 l. 16.

ܥܣܝܪܝܐ m. *decimus* p. 132 l. 2.

ܥܦ i. q. ܥܦ.

Pa. ܥܦܦ *duplicavit, duplicem fecit, repetiit* p. 70 l. 15. 204 l. 17.

ܥܦܐ, fut. ܢܥܦܐ, (Ar. عَفَا) 1) *texit.* 2) *germinavit, excrevit, exuberavit* planta, herba. Pa. sindone *involvit* cadaver, *exsequias fecit, sepelivit.* Aph. *pullulavit, plantas, flores emisit.*

ܥܘܦܝܐ m. *planta* p. 193 l. 12., *planta* vel *flos* p. 168 l. 3.

ܥܘܦܝܐ m. *involutio* cadaveris intra sindonem p. 68 l. 12., *exsequiae* p. 11 l. 2.

ܥܦܪ, ܥܦܪܐ m. (Ch. עֲפַר, עַפְרָא, He. עָפָר, Ar. عَفْرٌ et عَفَرٌ) *pulvis* terrae, *humus, solum*, p. 164 l. 2. 168 l.

11. 190 l. 15. 193 l. 14. 15. 195 l. 14. 209 l. 5.

ܥܦܪܢܐ m. *qui est ex humo, terrenus,* pl. p. 190 l. 10.

ܥܨܪ, ܥܨܪܐ m. 1) *oppressio, coartatio,* a r. ܥܨܐ. 2) nom. vocalis ܼ p. 208 l. 5. 11. 14.

ܥܨܐ, fut. ܢܥܨܐ, 1) (Ar. عَصَى) *repugnavit, rebellis fuit, restitit, non obedivit, recusavit* p. 102 l. 3. 106 l. 11. 2) *vim intulit* alicui, *ursit, compulit, coegit* alqm c. acc. aut ܠ acc. pers. (Ch. עֲצָא vim intulit, oppressit, defraudavit).

ܥܩܒ, fut. ܢܥܩܘܒ, (He. עָקַב, Ar. عَقَبَ, v. denom. ab ܥܩܒܐ *calx*) 1) *calce pressit, vestigiis sequutus est* alqm, *vestigia* alcius *tenuit.* Transl. *insequutus est, occupavit, tenuit* locum alcius Ass. B. O. T. III P. I p. 77 col. 1 l. 8 a f. 178 col. 1 l. 7. 2) *calcem* alcius *tenuit.*

Pa. ܥܩܒ *vestigavit, investigavit, indagavit, scrutatus est* loc. p. 130 l. 13., alqd, c. ܥܠ p. *investigavit, perquisivit, quaesivit, disputavit cum* alqo Ass. B. O. T. II p. 445 l. 3 sq., *interrogando perquisivit, quaesivit ab* alqo (bei Jem. forschen) p. 72 l. 12., c. ܒܬܪ p. et r. *de* alqo, alqa re, c. ܡܢ ܠܘܬ *id.*

Aph. ܐܥܩܒ (*calcem* alcius *tenere fecit*) *moratus est* alqm (Ch. עַקֵּב) p. 205 l. 14.

ܥܘܩܒܪܐ v. supra in ܥܟܒ.

ܥܩܠܩܠܐ m. (He. עֲקַלְקַל) *tortuosus, flexuosus,* a r. in Pe. inus. ܥܩܠ = seq. ܥܩܡ (Ar. عَقَلَ).

ܥܩܡ (Ch. עֲקַם) *curvatus, tortus est, torsit se.*

Pa. ܥܩܡ (Ch. עַקֵּם, He. עִקֵּשׁ, Ar. عَقَصَ) *torsit, detorsit.* Transl. *pervertit, perversum, pravum reddidit, declaravit* alqm p. 194 l. 2.

ܥܩܝܡܐ m. *distortus, perversus, pravus* p. 162 l. 1. 194 l. 4.

ܥܘܩܣܐ m. *aculeus.* Transl. significat *id, quod animum pungit, vexat, animi scrupulum, sollicitudinis aculeum,* pl. p. 78 l. 10., ab ܥܩܣ, Ch. עֲקַץ, *pupxit.*

ܥܩܪ, fut. ܢܥܩܘܪ, (Ch. עֲקַר, He. עָקַר) *eradicavit, evel-*

lit, avellit alqd p. 196 l. 5., c. ܡܢ *ex* alqa re p. 74 l. 7. Transl. *exstirpavit, destruxit, evertit* alqd p. 39 l. 8. 43 l. 9. 131 l. 17. (Ar. عَقَرَ) truncavit, vulneravit, عَقُرَ sterilis fuit).

ܥܩܪܐ m., ܥܩܪܬܐ f. *sterilis*, qui, quae nullam stirpem prolemve ex se gignens, stirpem progeniei quasi eradicat, p. 200 l. 3. 4.

ܥܶܩܳܪܳܐ m. *radix, stirps* p. 168 l. 11.

ܥܩܘܪܝܐ m. *exstirpatio, eversio* p. 193 l. 14.

ܥܪܐ, fut. ܢܥܪܐ, (ex Gr. χωρεῖν) *comprehendit, cepit, complexus est* alqd vers. Charkl. Marc. 2, 2. Ioa. 21, 25. Bar-Hebr. Chr. p. 55 l. 12. Transl. *mente cepit, apprehendit, comprehendit* alqd vers. Charkl. Matth. 19, 11. (Ar. عَرَا et عَرَى accessit, aggressus est, invasit, cfr. χωρεῖν). It. Ar. عَرِيَ *nudus fuit*, He. עָרָה, unde

ܥܪܝܐ m. *frigus* p. 100 l. 3. 111 l. 13., pr. i. q. He. et Ch. עֶרְיָה, עֶרְיָא *nuditas*, cfr. Ar. عَرِيَّة *vehementia frigoris*, عَارٍ *nudus* et عَرِيّ *frigidus*. Pl. ܥܪ̈ܝܐ.

ܡܥܪܝܬܐ v. in r. ܥܪ II.

ܥܪܒ, fut. ܢܥܪܘܒ, (Ch. עֲרַב, He. עָרַב) *miscuit, commiscuit*. ܥܪܒ, fut. ܢܥܪܒ, (Ar. غَرَبَ) *occidit sol, advesperavit*, Ass. B. O. T. II p. 319 l. 15 et al., pr. *miscuit, commiscuit se* sol (lux cum tenebris), = ܥܪܒ ܠܗ Ass. l. l. p. 443 col. 2 l. paenult.

Ethpe. ܐܬܥܪܒ *mixtus, commixtus est; miscuit, commiscuit se* c. ܒ *in* alqd, *cum* alqa re p. 178 l. 13.

ܥܪܒܝܐ s. ܥܪ̈ܒܝܐ m. *Arabs*, pr., annotante Bar-Bahl., qui est ex regione, in qua sol occidit, i. e. occidentali.

ܥܪܘܒܬܐ f. 1) pr. *commixtio*. 2) i. q. Talm. עֲרוּבְתָּא *vespera ante Sabbathum*, teste Gregorio, Arbelae metropolita (Ass. B. O. T. III P. I p. 524 col. 1 l. 27 sq.), ita dicta, ܡܛܠ ܕܡܫܡܠܝܐ ܥܡ ܚܕܐ *quod cum festo*

commixta, coniuncta *esset*. Hinc ܝܘܡ ܥܪܘܒܬܐ *dies vesperae ante Sabbathum, dies Veneris, feria sexta*, p. 44 l. 8. 77 l. 14. 120 l. 2., ܝܘܡܐ ܥܪܘܒܬܐ (pro ܕܥܪܘܒܬܐ) *id.* p. 223 l. 8.

ܡܥܪܒܐ c. *occidens*, locus s. plaga, in qua sol occidit, p. 97 l. 11. 184 l. l. 6. 18. Angustiore sensu p. 133 l. 17. 134 l. 16. Cfr. supra ܡܕܢܚܐ et Ass. B. O. T. II p. 252 not. 1.

ܡܥܪܒܝܐ m. *occidentalis* p. 118 l. 5., pl. p. 78 l. 18. 184 l. 7., f. ܡܥܪܒܝܬܐ p. 136 l. 16. 183 l. 11.

ܥܪܕܐ m., pl. ܥܪ̈ܕܐ, (Ch. עֲרַד et עֲרוֹד, עֲרוֹדָא, unde He. עָרוֹד) *onager* p. 191 l. 10.

ܥܪܛܠ, ܥܪܛܠܝܐ m. (Ch. עַרְטִילַי) *nudus* p. 62 l. 5. 100 l. 4., pl. ܥܪ̈ܛܠܝܢ p. 64 l. 16. (Ar. عَطِلَ *nudus fuit, vacavit, caruit* alqa re, spec. ornamento, monilibus, *inornatus fuit*. Hinc Parel = Pael ܥܪܛܠ [ad vim augendam insertum est ܪ] *nudavit* alqm, *effecit, ut* alqis *nudus esset, nudus incederet* Ass. B. O. T. III P. II p. 32 l. 13.).

ܥܪܛܠܝܘܬܐ f. *nuditas* p. 21 l. 13.

ܥܪܝܡ, ܥܪܝܡܐ m. (Ch. עֲרִים et עֲרִים, עֲרִימָא, He. עָרוּם) pr. *cumulatus* (a r. ܥܪܡ cumulavit, Ethpa. intumuit) 1) *elatus*, *excelsus*, *magnus*, f. Ass. B. O. T. I p. 87 col. 1 l. 11. 2) *multa experientia doctus, callidus, perspicax*, *solers*, *acutus*, Ass. l. l. T. II p. 59 col. 1 l. 11 a f., pl. ܥܪ̈ܝܡܐ chrest. p. 87 l. 8. In malam partem 3) *callidus*, *versutus*, *astutus* p. 69 l. 6.

ܥܪܣܐ f. (Ch. עַרְסָא, He. עֶרֶשׂ) 1) *lectus, lectulus* p. 31 l. 3., *lectica* p. 30 l. 1. 2) *lectus* funebris, *feretrum* p. 19 l. ult. (Ar. عَرْش solium, umbraculum). Pl. ܥܪ̈ܣܬܐ.

ܥܪܦ r. inus. Ar. صَرَفَ *vertit.* Coni. II *convertit*, *versavit; versavit*, *permutavit* nummos.

ܡܥܪܦܢܐ m. (Ar. صَيْرَف) *nummularius* p. 10 l. 14.

ܥܪܦܠܐ f. (He. עֲרָפֶל, Ch. עֲרַפִּילָא) *nebula, nebula densa*, p. 176 l. 11. 206 l. 11.,

pl. ܥܰܪ̈ܩܒܳܬܳܐ p. 158 l. 18. 161 l. 17.

ܥܪܰܩ, fut. ܢܶܥܪܽܘܩ, (Ch. עֲרַק) *fugit*, *fugae se dedit*, p. 44 l. 10. 55 l. 7. 85 l. 4., c. ܡܶܢ *effugit*, *profugit de* loco, *ab* alqo p. 51 l. 5., *fugit*, *refugit* alqd, alqm, p. 208 l. 11., c. ܠ loc. *profugit*, *confugit* alqo p. 19 l. 6. 60 l. 16 et al., c. ܠܘܳܬ *ad* alqm p. 104 l. 12. (Ar. عَرَقَ abiit, profectus est). De reb. inanim. *fugit*, *refugit*, *recessit*, p. 181 l. ult.

Pa. ܥܰܪܶܩ (Ar. عَرَّقَ) *rosit, derosit, abrosit* os. Partic. pass. ܡܥܰܪܰܩ *derosus*, pl. p. 40 l. 10.

ܥܳܪܽܘܩܳܐ partic. *fugiens* p. 113 l. 7.

ܥܪܽܘܩܝܳܐ m. *fuga* p. 65 l. 9. 85 l. 5.

ܥܶܪܩܬܳܐ, ܥܶܪ̈ܩܳܬܳܐ f. 1) *lorum, corrigia ex corio* (Ar. عَرَقَةٌ lorum, عِرَاقٌ segmentum corii). 2) *zona, cingulum* p. 179 l. 1. Transl. (ܥܶܪ̈ܩܳܬܳܐ) *zona*, *circulus*, terram coelumque veluti cingulum quoddam ambiens, p. 179 l. 10. 15. 3) (ܥܰܪܩܳܐ) *Arka*, n. pr. oppiduli (Ar. عِرْقَا et عِرْقَة), Tripoli ab austro, olim Phoeniciae, postea ad imperium Damascenum pertinentis, p. 56 l. 12. Cfr. Schult. ind. geogr. in vit. Sal. in *Arca*.

ܥܫܶܢ, fut. ܢܶܥܫܰܢ, (Ch. עֲשֵׁן) 1) *viribus*, *robore valuit*, *validus fuit*, sq. ܡܶܢ *praevaluit*, *plus valuit*, *quam* p. 160 l. 10. 2) transl. *invaluit, crevit, auctum est, grave factum est* (*ingravescere*) alqd p. 19 l. 13. 85 l. 7. 96 l. 11. 107 l. 14. 211 l. 8., c. ܥܰܠ p. *alicui*, *in* alqm p. 70 l. 11. 81 l. 12.

Pa. ܥܰܫܶܢ *fecit*, *ut* alqis *validus esset*, h. e. 1) *firmavit, roboravit, corroboravit* alqm p. 44 l. 3. 219 l. 1., alqd p. 204 l. 12. 2) *auxit, gravem, magnum fecit, amplificavit* alqm p. 169 l. 6. 195 l. 21.

Ethpa. ܐܶܬܥܰܫܰܢ *validus factus est*, *viribus, robore auctus, corroboratus est*, sq. ܡܶܢ *praevaluit* p. 163 l. 2.

Aph. ܐܰܥܫܶܢ *gravem fecit*, *aggravavit*, *ursit* alqm

p. 195 l. 15., *aggravavit* alqd, *pugnam* p. 119 l. ult., *iram* **ܥܫܢ ܒ** *in* alqm p. 195 l. 15.

ܥܫܝܢܐ m. 1) *viribus valens, validus, robustus* p. 206 l. 17. 208 l. 4., pl. p. 160 l. 9. 163 l. 2. 2) transl. *gravis, vehemens, magnus, ingens,* p. 84 l. 14. 129 l. 12. 169 l. 4., f. ܩܠܐ ܥܫܝܢܬܐ *clamor ingens, vastus* p. 44 l. 9., pl. f. p. 111 l. 12.

ܥܘܫܢܐ m. *robur, vis,* p. 207 l. 11.

ܥܬܕ r. in Pe. praeter partic. Peil, nisi fallor, inus. Ar. عَتُدَ *paratus fuit.*

ܥܬܝܕ partic. Peil m., f. ܥܬܝܕܐ, 1) (Ch. עֲתִיד, He. עָתִיד, Ar. عَتِيدٌ) *paratus* ad alqd, alqd facere, p. 73 l. 15. 189 l. 9. 2) (Ch. עֲתִיד) *futurus,* Gr. participio *μέλλων* respondens. ܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ *saeculum, quod futurum est, vita futura* p. 193 l. 4. (Gr. *αἰὼν ὁ μέλλων*), f. *baptisma* ܕܥܬܝܕܬܐ *futurum* p. 173 l. 7. Apud Grammaticos ܙܒܢܐ ܕܥܬܝܕ *tempus futurum, Futurum* (Gr. *ὁ μέλλων χρόνος*). Pl. ܥܬܝ̈ܕܬܐ *futura, res futurae* p. 12 l. 11. Seq. infin. c. ܠ praef., aut fut. c. ܕ praef. aliqem *paratum esse, in animo habere, velle, moliri* (im Begriff, Willens seyn, wollen) alqd facere, *facturum esse* alqd, significat, et circumscribendo futuro inservit sicut Gr. *μέλλειν* eiusque partic. *μέλλων* seq. inf. ܟܕ ܥܬܝܕܝܢ ܗܘܘ ܕܢܫܠܡܘܢܗ̇ *quum parati essent* s. pararent, *tradere eam* (urbem), quum in eo essent, ut traderent eam, quum eam traditurі essent, p. 73 l. 15 sq., ܕܥܬܝܕܝܢ ܠܡܫܓܪܘܬܗ *qui parati sunt,* i. e. *conantur, excitare eum* p. 189 l. 9., *se* ܕܢܣܩ ܥܬܝܕ *ascensurum esse* p. 26 l. 5., ܕܥܬܝܕ ܠܡܐܬܐ *qui venturus est* (Gr. *ὁ μέλλων ἔρχεσθαι*) Matth. 11, 14., ܥܬܝܕ ܐܢܬ ܠܡܚܘܝܘ ܢܦܫܟ *ostenturus es te ipsum,* te conspiciendum praebiturus es (Gr. *μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν*), p. 150 l. 3., it. 151 l. 4.

Pa. ܥܰܬܶܕ *paravit, praeparavit, apparavit, comparavit* (sibi alqd) p. 142 l. 8., *expedivit* p. 25 l. 3., *instruxit* p. 44 l. 3. alqd, alqm. Partic. pass. ܡܥܰܬܰܕ *paratus, praeparatus* p. 15 l. 15. 215 l. 5.

Ethpa. ܐܶܬܥܰܬܰܕ 1) pass. praec. 2) *paravit se, praeparavit, expedivit se* c. ܠ *ad* alqd, ad bellum, ad pugnam, p. 91 l. 7., *in animo, propositum habuit* alqd, *molitus, conatus est* alqd facere c. fut. et ܕ praef. p. 85 l. 4. 213 l. 15.

ܥܘܬܳܕܳܐ m. (a Pa.) 1) *praeparatio, apparatio.* 2) *praefatio* p. 134 l. 1. 17. 3) *consilium, propositum.*

ܥܬܰܩ (Ch. עֲתַק, He. עָתַק, Ar. عَتُقَ et عَتَقَ) 1) (de homin.) a) *senuit, consenuit* Ass. B. O. T. III P. I p. 91 col. 2 l. 1. b) *senectute confectus est, viribus senuit, decrevit* p. 166 l. 8. 2) transl. (de reb. inan.) *veteratum est, vetustate absumptum, corruptum est, obsoletum est* alqd p. 135 l. 11.

Aph. ܐܰܥܬܶܩ 1) (de homin.) a) *senescere fecit, ad senectutem deduxit.* b) *senectutem adeptus est, ad senectutem venit* Iob. 21, 7. p. 166 not. **. 2) (de reb. inan.) a) *vetustescere, veterascere fecit, curavit, ut* alqd *vetus fieret, inveteravit, antiquavit* alqd. b) *vetustatem acquisivit, vetustatem tulit, vetus fuit* alqd Ephr. opp. T. V p. 408 l. 28.

ܥܰܬܺܝܩ, ܥܰܬܺܝܩܳܐ m. 1) *aetate provectus.* 2) *antiquus, vetus* p. 194 l. 5., pl. p. 11 l. 8., f. ܥܰܬܺܝܩܬܳܐ p. 145 l. 15., pl. ܥܰܬܺܝܩܳܬܳܐ p. 120 l. 13 3) *vetus, vetustus,* pl. p. 83 l. 17.

ܥܬܰܪ, fut. ܢܶܥܬܰܪ, (Ch. עֲתַר, He. עָשַׁר et עָתַר) *dives fuit* vel *factus est, locupletatus est.* Transl. *locupletatus, amplificatus, auctus est, increvit, auctus cepit* ܡܶܢ *ab* alqa re, partic. f. p. 134 l. 9.

Aph. ܐܰܥܬܰܪ *locupletavit, ditavit* p. 27 l. ult.

ܥܰܬܺܝܪ, ܥܰܬܺܝܪܳܐ m. 1) adi. a) *dives.* b) *locuples, uber, amplus,* f. ܥܰܬܺܝܪܬܳܐ, pl. *munera* ܥܰܬܺܝܪܳܬܳܐ *locupletia* p. 26 l. 10. 2) subst. *dives,* pl. ܥܰܬܺܝܪܶܐ *divites* p. 76 l. 5. 120 l. 8.

ܡܘܬܪܐ m. *divitiae, abundantia, opulentia,* pag. 142 l. 2. 198 l. 2. 214 l. 5.

ܦ.

ܦ i. e. ܦܐ s. ܦܐ septima decima Syr. litera p. 203 l. 10. 194 l. 12. 13., quae in numerorum notis *octoginta* designat, c. ܕ praef. *octogesimum*, c. puncto supero ܦ̄ 800, ܦܐ 801.

ܦܐܝܐ m. 1) *pulcher, splendens, decorus, elegans,* c. ܒ *in alqa re* p. 224 l. 9., a r. ܦܐܐ (He. יָפָה pulcher fuit, splenduit, Gr. φάω splendeo). Fem. ܦܐܝܬܐ. ܡ̈ܠܐ ܦܐܝܬܐ *verba pulcra, splendida, elegantia, elegans dicendi ratio* p. 215 l. 7. 2) *pulcher, elegans, aptus, conveniens, decens,* p. 80 l. 7. 172 l. 14.

ܦܐܪܐ v. in r. ܦܪܐ.

ܦܐܪܪܗܣܝܐ f. Gr. vox παῤῥησία *libertas* p. 123 l. 16., *libere loquendi facultas* p. 218 l. 21. Scribitur etiam ܦܪܗܣܝܐ, ut posteriore loco, et ܦܐܪܗܣܝܐ.

ܦܐܬܐ et ܦܬܐ f. (Ch. פְּאתָא et פָּתָא, He. פֵּאָה) pr. *extremitas, angulus,* ut v. Chald. Hinc extremitas faciei, exterior pars faciei oculis subiecta supra mentum, *vultus, facies, os,* p. 68 l. 13. Ass. B. O. T. I p. 378 l. 19., pr. Gr. ὄψις Apoc. 1, 16., versio Charkl. Ioa. 11, 44., *genae* Ass. Catal. bibl. Vatic. P. I T. II p. 286 l. 7 a f. ܦܐܬܐ ܕܕܩܢܐ *extremitas barbae, genae barbatae,* pili in genis malisve (Backenbart), Lev. 19, 27. 21 l. 5.

Pl. ܐܦ̈ܐ, ܐܦܝܢ f. (a voc. praec. deducunt Syri [Amir. p. 97.] eosque sequutus Hoffm. [Gramm. p. 274.], transpositionem literarum statuentes; equidem derivare malim a sing. inus. ܐܢܦܐ vel ܐܦܐ = Ch. אַנְפָּא, אַפָּא, pl. אַנְפִּין et אַפִּין, He. אַפַּיִם, facies) *facies* 1) hominis, h. e. a) pars anterior capitis humani, fronte, oculis, naso, genis malisve, ore et mento constans, r.

22 l. 1. 39 l. 11. 61 l. 17. 197 l. 2. 3. ܐ̈ܦܝܢ ܠܘܩܒܠ ܐ̈ܦܝܢ *facies faciei obversa* p. 154 l. 10. Saepe ponitur pro *praesentia*, *conspectu*. ܒܐ̈ܦܝ ܦ *in facie*, i. e. *in praesentia*, *conspectu*, *ante oculos alcius* p. 105 l. 6. 113 l. 17., *fecit*, *ut iuraret* alqis ܒܐ̈ܦܝ ܦ *in faciem*, i. e. in nomen *alcius*, *alicui*, pr. *coram*, *praesente alqo*, p. 26 l. 11. *Testimonium* ܠܘܩܒܠ ܐ̈ܦܝ ܦ *pro* alqo p. 221 l. 9. b) *forma*, *species externa* p. 139 l. 14., cfr. ܢܦܫ. 2) rerum inanimarum (per translat.), *externa* cuiusque rei *species* et *forma*, ut solis p. 206 l. 3., siderum p. 193 l. 18., ܐ̈ܦܝ ܐܘܢܓܠ̈ܝܘܢܐ *facies* i. e. *frontes*, *tegumenta*, *involucra evangeliorum* p. 105 l. 2., *facies*, *superficies* terrae p. 181 l. 3. 185 l. 16., aquarum, *summae aquae*, p. 172 l. 3. 5. 200 l. 5. ܠܥܠ ܐ̈ܦܝ ܡ̈ܝܐ *in superficie aquarum*, *in summis aquis*, *super aquas*, p. 172 l. 3. 4 sq. ܠܐ̈ܦܝ c. verbis movendi est *in conspectum* loci, *versus*, *ad* loc. p. 195 l. 16.

ܦܓܥ, fut. ܢܦܓܘܥ, (Ch. פְּגַע, He. פָּגַע et פָּגַשׁ, cfr. Ar. فَجَأَ) *occurrit*, *obviam venit*, *concurrit* p. 118 l. 12., c. ܒ p. *occurrit* alicui, *incurrit*, *incidit in* alqm p. 23 l. 12. 222 l. 1., *congressus est*, *convenit cum* alqo p. 21 l. 2. 50 l. 17., (animo hostili) *concurrit*, *incurrit in* alqm p. 22 l. 8. 88 l. 15. 131 l. 12., ܦܓܥܘ ܚܕ̈ܕܐ (*concurrunt*) *inter se* p. 52 l. 15. 19. 118 l. 6., c. ܒ r. *occurrit* rei, *incidit in*, *deprehendit* alqd, p. 67 l. 5. 205 l. 10. Transl. (de reb. inan.) *concurrit*, de lineis *concurrentibus* ܦܓܥܘ ܚܕ̈ܕܐ *inter se* p. 11 l. 14., *cecidit*, c. ܒ p. *in* alqm, alicui (treffen), *accidit* alicui alqd p. 188 l. 14.

ܦܓܥ, ܦܓܥܐ m. *occursus*, *concursus*, *conventus* p. 89 l. 13.

ܦܓܪ, ܦܓܪܐ m. *corpus* hominis (opp. ܢܦܫܐ) tam vivum p. 212 l. 14. 20. 222 l. 4. 16., quam mortuum (*cadaver*, Ch. פְּגַר, פִּגְרָא, He. פֶּגֶר) p. 6 l. 1. 68 l. 11. 220 l. 11. Pl. p. 4 l. 11. 12 l. 13.

ܦܓܐ, fut. ܢܶܦܓܶܐ, *erravit, peccavit, lapsus est per errorem* p. 7 l. 4.

ܦܕܳܐ m. i. q. ܐܦܘܕܐ ex He. אֵפוֹד (Ch. אֵיפוֹדָא) *Ephod*, h. e. *superhumerale*, vestimenti genus summi Hebraeorum pontificis proprium, quod super pectus humerosque ponebatur, p. 202 l. 5.

ܦܕ̈ܬܐ, it. ܦܕܝ̈ܬܐ f. *manicae* vestis p. 8 l. 9. 14.

ܦܗܐ, fut. ܢܦܗܐ, *erravit* p. 66 l. 1., *vagatus est*, Ch. פְּהָא.

ܦܗܕܘܢ m. vox Gr. *Φαίδων*, *Phaedon*, n. pr. philosophi et amici Platonis, qui illum de animi immortalitate librum eius nomine perscripsit, p. 4 l. 16.

ܦܘܐܝܛܐ m. vox Gr. *ποιητής*, *poeta* p. 69 l. ult.

ܦܘܐܝܛܘܬܐ f. *poesis* p. 5 l. 4. 6. 68 l. 1.

ܦܳܓ, fut. ܢܦܘܓ, *frixit, refrixit, frigidus factus est* (He. Ch. et Ar. [فاج] id.). Transl. *dissolutus est, languit.*

Pa. ܦܝܓ *refrigeravit, calorem*, aestum caloris *minuit, temperavit*, partic. f. p. 182 l. 7.

Ethpa. ܐܬܦܝܓ pass. praec. p. 181 l. 14.

ܡܦܝܓܢܐ m. *refrigerans, calorem minuens, temperans*, p. 177 l. 5.

ܦܘܕܢ̈ܐ m. Syris idem significat quod Ar. الاخدعان الودجان (B.Bahl.), *duas venas colli* s. *iugulares* p. 207 l. 14. Interpres Ar. pro eo h. l. (Iob. 40, 12.) posuit أَفْخَاذ *femora* (a sing. فَخِذ); in archetypo Hebr. autem exstat פַּחֲדִים, ex Ch. פַּחֲדִין, quod *testiculos* denotat Lev. 20, 21., et hoc quoque loco legitur.

ܦܘܚ r. in Pe. inus.

Aph. ܐܦܝܚ *contempsit, despexit* p. 60 l. 7. 106 l. 1., c. ܠ p. et r. *alqm, alqd* p. 201 l. 8.

ܦܘܠ i. q. ܦܠ (Ch. פַּל, He. בָּלַל) *permiscuit, admiscuit, perfudit.*

ܦܝܠ (partic. Peïl) *permixtus, admixtus, perfusus*, p. 61 l. 12.

ܦܝܠܐ v. infra in ܦܠ.

ܦܘܠܐ *Paulus*, n. pr. episcopi Telae Mauslath, qui, teste Bar-Hebr., V. T. Grae-

cum in Syriacum sermonem transtulit, p. 145 l. 16.

ܦܘܠܛܝܩܘܢ pro ܦܘܠܝܛܝܩܘܢ (Talm. פּוֹלִיטִיקוֹן), v. annot. ad chrest. p. 4.

ܦܘܠܣܐ m. Gr. *φόλλις* (ex Lat. *follis*) *obolus*, nummi genus, sexta pars Dirhemi, (Ar. فَلْس id.) p. 51 l. 13., pl. l. 14.

ܦܘܡ, ܦܘܡܐ m. (Ch. פּוּם, פּוּמָא, He. פֶּה, Ar. فَم et فُم) 1) *os* (oris) p. 6 l. 15. 203 l. 2. 15 et al. ܒܚܕ ܦܘܡ *uno ore*, uno consensu, p. 83 l. 2 sq. Transl. 2) *sermo*. 3) *acies*.

ܦܘܢܛܘܣ, ܦܢܛܘܣ m. Gr. *πόντος, Pontus,* p. 106 l. 10. 183 l. ult. ܝܡܐ ܕܦܘܢܛܘܣ *mare Ponticum* p. 66 l. 7.

ܦܘܢܝܩܐ f. vox Gr. *ἡ Φοινίκη, Phoenice* p. 183 l. 18.

ܦܘܢܝܩܝܐ m. *Phoenix, Phoenicius, qui est e Phoenice,* p. 186 l. 12.

ܦܘܢܫ vel ܦܘܢܫ corruptum ex *Alfonso* (Ar. أَلْفُنْش Hist. Dyn. p. 422 l. paen.) nomen p. 65 l. 13., quo Arabes, Bar-Hebraeo testante, (Ludovicum VII.) regem Franciae appellant (cfr. De Guignes Hist. des Huns T. II P. II p. 171., transl. Germ. T. II p. 488.), hunc cum *Alfonsi* regis Siciliae filio, aut *Alfonso*, comite Tolosano (cfr. Wilken. comment. de bellorum cruciat. hist. p. 86.) confundentes.

ܦܝܣ v. in Pe. inus.

Aph. ܐܦܝܣ ex Gr. *πείθω* factum, aor. 1. 3. p. *ἔπεισε* (cfr. Matth. 27, 20 Gr. *ἔπεισαν*, Syr. ܐܦܝܣܘ, versio Charkl. ܦܝܣܬܐ ܥܒܕܘ, Act. 19, 26 *πείσας*, Syr. ܐܦܝܣ et al.), vel denom. a ܦܝܣܐ s. ܦܝܣܐ, Gr. *πεῖσις* s. *πεῖσα*, 1) verbis ad persuadendum aptis, suasu, precibus, consilio, adhortatione alqm in suam opinionem inducere conatus est, a) *persuadere studuit, suasit* alicui, (ܠ vel aff.) ܥܠ ܡܕܡ *alqd*, persuadere studuit *de* alqa re p. 45 l. 9., *persuadere studuit* alicui p. 216 l. 17., *hortatus est* alqm, ܠ, seq. fut. c. ܕ, *ut* alqd faceret p. 217 l. 4. b) *rogavit, oravit*

alqm, ܥܠ, p. 149 l. 11., *supplicavit, deprecatus est, intercessit* (Ch. פַּיֵּס), partic. ܡܦܝܣ *deprecans* ܥܠ *de alqo, pro alqo* p. 105 l. ult, *deprecans, intercedens* ܡܛܠ ܦ *pro alqo* p. 204 l. 15. 2) *persuasit* alicui. Partic. pass. ܡܦܝܣ *persuasus*, h. e. 1) *cui persuasum est.* 2) *pro certo habitus*, c. ܒ *in* alqa re, *gnarus* rei, *versatus in* re p. 10 l. 15., pl. p. 79 l. ult.

Ethtaph. vel Ethpe. ܐܬܬܦܝܣ et ܐܬܦܝܣ (haec scriptura in N. T. exstat 2 Tim. 3, 2. et Act. 23, 21, utroque loco a Thoma Charkl. in ܐܬܬܦܝܣ mutata) i. q. Gr. πείθομαι, *sibi persuaderi passus est, assensus est, probavit* p. 24 l. 15. 60 l. 6., *obedivit, obtemperavit* alicui, ܠ, p. 219 l. 8., c. negat. ܠܐ *recusavit, detrectavit* alqd, ܠ, p. 212 l. 4.

ܦܝܣ, ܦܝܣܐ m., it. ܦܝܣܐ (vers. Charkl. Matth. 27, 20. Act. 12, 20) vox Gr. πεῖσις s. πεῖσα, 1) *suasio, adhortatio, admonitio*, pl. p. 189 l. 14., *rogatio, supplicatio, deprecatio* p. 75 l. 18. 2) *persuasio.*

ܡܦܝܣ et ܡܦܣ particc. Aph. v. supra.

ܦܘܣܝܕܝܘܢ m. Ποσειδῶν, Ion. Ποσειδέων, *Neptunus* p. 5 l. 2. (Ar. فوسيديون Hist. Dyn. p. 90 l. 5.).

ܦܪ r. in Pe. inus. Ar. فَرَ *efferbuit, bullivit* olla, ex Gr. πυρόω *ussit*, opinor.

Ethpe. ܐܬܦܪܦܪ *aestuavit*, transl. (*bullivit indignatione*), *animo, ira incensus est* p. 152 l. 17., Gr. πυρόομαι 2 Macc. 4, 38. 10, 35. 14, 45 *id.*

ܦܘܪܓܘܣܐ m. i. q. ܦܘܪܓܐ, q. v., vox Gr. ὁ πύργος *turris* p. 54 l. 15. 55 l. 2. ܦܘܪܓܘܣܐ ܕܚܙܝܢ ܟܘܟܒܐ *turris (specula), ex qua siderum motus observantur*, p. 16 l. 12. Pl. ܦܘܪܓܘܣܐ p. 59 l. 19. 60 l. 2. 78 l. 4. 79 l. 5.

ܦܣ, fut. ܢܦܘܣ, propr. i. q. Gr. παύω (vi intrans.), παύομαι *pausavit, pausam fecit, cessavit, quievit*, a quo verbo, vel a nom. παῦσις, Syr. ܦܘܣܐ (*pausa, cessatio, intermissio, quies, mora*) verb. nostr. mihi ortum vi-

detur, ad cuius propr. et primariam pausam faciendi notionem omnes, quas habet, revocari possunt significationes. 1) *pausam fecit, substitit, institit, constitit* (inne halten, anhalten, stehen bleiben) p. 117 l. 18., seq. ܦܫ ܡܢ *destitit ab* alqa re, alqd facere, Gen. 11, 8 (ܦܫܘ ܡܢ, Gr. ἐπαύσαντο), Ass. B. O. T. I p. 8 l. ult. 408 l. 3. T. III P. I p. 124 col. 2 l. 12 a f. 2) *constitit, moratus, commoratus est, mansit, permansit* alqo loco p. 105 l. 6. 125 l. 2., c. ܒ loc. p. 55 l. 18. 63 l. ult. 117 l. 6. 200 l. 2. 3) *stetit, duravit, perduravit, permansit* alqis p. 168 l. 8. 199 l. 10., ܦܫ ܒ (*perduravit, remansit*) *apud* alqm, non deseruit eum, p. 84 l. 15., transl. alqd p. 49 l. 2. 99 l. 13. 4) *mansit, permansit* in statu alqo p. 22 l. 4. 29 l. 7. 36 l. 5. 65 l. 3 et ult. 128 l. 3., c. ܒ r. *in* alqa re, ܒܐܘܠܨܢܐ *in miseriis*, i. e. miserias, mala pertulit, toleravit, p. 19 l. 2. 21 l. 9., ܒܚܝܐ *in vita*, servatus est, p. 27 l. 3. 5) *stetit, mansit, exspectavit* p. 25 l. 17. 96 l. 11. 6) *restitit, remansit, relictus est* (zurückbleiben) p. 132 l. 16. 7) *restitit, remansit, reliquus fuit, relictus est, superfuit* (übrigbleiben) alqis p. 72 l. 15. 82 l. 11., ܦܫ ܡܢ ܐܒܕܢܐ *reliquus fuit ex exitio*, i. e. exitio evasit, exemptus est exitio, p. 190 l. 12., alqd p. 9 l. 9. 40 l. 1. 78 l. 6.

ܦܘܬ, ܦܘܬܐ 1) Ar. فُوَّة, ut mihi quidem videtur, i. q. ܦܘܡ *os*. Semper in st. c. seq. nom. aut ܕ, et c. ܠ praef.: ܠܦܘܬ i. q. Ch. לְפוּם, כְּפוּם, He. לְפִי, כְּפִי *pro ratione, secundum* p. 109 l. 13. 181 l. 11. 2) Ar. فُوَّة (Bar-Bahl.) *rubia*.

ܦܘܬܐ ܕܨܒܥܐ v. ܦܬܐ ܕܨܒܥܐ.

ܦܚܚ 1) *mollis, tener fuit*. 2) *tenuis, imbecillus fuit*. Ar. فَخَّ *diffusus fuit; tenuis, languidus fuit*.

ܦܚܝܚܐ m. 1) *mollis* (opp. ܦܚܐ) p. 192 l. 8., *tener, flexibilis*. 2) *tenuis*. Cfr. Ch. פְּחִית Ies. 20, 2.

ܦܚܐ m. (Ch. פַּחָא, He.

פַּח, Ar. فَخّ) *laqueus*, pl. ܦ̈ܚܶܐ p. 138 l. 6. 158 l. 12. 159 l. 16. Congruit Gr. πάγη, παγίς.

ܦܽܘܚܳܪܳܐ v. supra in ܦܘܚ.

ܦܚܰܡ (Ch. פְּחַם) *aequavit, aequiparavit* (vi intrans.) alqm, alqd, *exaequatus est, aequalis, similis, par fuit* alicui, ܠ, alqa re, ܒ, Ass. B. O. T. II p. 232 col. 1 l. 21 et al.

Pa. ܦܰܚܶܡ 1) *aequavit, exaequavit, adaequavit, aequalem, parem fecit* vel *putavit* alqm alicui, ܠ, *aequale, par fecit* alqd rei, ܠ. 2) verbis seu dicendo aequavit alqd personae vel rei, h. e. a) *comparavit, contulit* alqm, alqd, c. ܠ p. et r. alicui, alicui rei, vel c. ܥܰܡ *cum* alqo, alqa re Ass. B. O. T. III P. I p. 273 col. 2 l. 21—25., c. ܠܘܳܬ *contulit, correxit* alqd *ad* (exemplar). b) *paribus verbis contulit, reddidit, diligenter, accurate transtulit* ܠ — ܡܶܢ *ex* una *in* aliam linguam. Ass. B. O. T. II p. 91 l. 8: ܦܰܚܶܡ ܠܶܗ ܠܐܶܘܰܢܓܶܠܝܳܘܢ ܩܰܕܺܝܫܳܐ ܥܰܡ ܫܰܪܟܳܐ ܕܣܶܦܪ̈ܶܐ ܡܶܢ ܝܰܘܢܳܝܳܐ ܠܣܽܘܪܝܳܝܳܐ ܒܚܰܦܺܝܛܽܘܬܳܐ *diligenter* (verba diligenter reddens) *transtulit sacrum evangelium una cum aliis* (N. T.) *libris ex Graeco in Syriacum.* Minus recte Ass.: *sacrum evangelium e Graeco in Syriacum plurimorum Codicum adhibita collatione peraccurate traduxit.*

Ethpa. ܐܶܬ݁ܦܰܚܰܡ 1) *aequatus, adaequatus, aequalis, par factus est* alicui, ܠ, Ephr. opp. T. III p. 144 l. 3. 7. 13 a f. 2) *collatus, comparatus est.* 3) *diligenter, accurate redditus, translatus est* liber p. 145 l. 13.

ܦܽܘܚܳܡܳܐ m. 1) *aequalitas, similitudo, parilitas.* ܒܰܪ ܦܽܘܚܳܡܶܗ *qui alicui aequalis, par est* alqa re, ܒ, p 8 l. 2. 2) *comparatio, collatio.* ܒܦܽܘܚܳܡܳܐ ܕܺܝܠܶܗ *in comparatione illius* i. e. *cum illo, comparatus cum illo, si comparo cum illo* p. 46 l. 13.

ܦܛܰܪ, fut. ܢܶܦܛܽܘܪ, (Ch. פְּטַר, He. פָּטַר) *migravit, decessit* (de vita) p. 107 l. 5. Transl. *defuit* alqd.

ܦܛܪܝܩܝܘܣ m. Gr. πατρίκιος, *patricius*, patriciatus dignitate illa, a Constantino M. instituta, quae uni consulatui cedebat et perpetua erat, ornatus p. 106 l. 12. Erant autem *patricii* Constantini M. et sequentium Augustorum tempore imperatori ipsi honore proximi, eiusque amici et consiliarii. ܦܛܪܝܩܝܘܣ ܕܐܪܡܢܝܐ ܙܥܘܪܬܐ *patricius* i. e. praefectus *Armeniae minoris* p. 49 l. 11. Pl. ܦܛܪܝܩܝܘ s. ܦܛܪܝܩܝܘ *patricii* p. 46 l. 7.

ܦܛܪܝܪܟܐ, ܦܛܪܝܐܪܟܐ m. vox Gr. πατριάρχης, *patriarcha*, princeps episcopus, p. 135 l. 9., Constantinop. p. 51 l. 17. 105 l. 16., Hierosolym. p. 77 l. 4.

ܦܛܝܣ m. *simus, silo*, qui nares depressas et repandas habet, p. 6 l. 16., a ܦܛܣ, Ar. فَطِسَ *simus fuit.*

ܦܝܛܝܢܐ v. ܦܛܝܢܐ.

ܦܝܠ, ܦܝܠܐ m. vox Pers. پیل (pîl) *elephas* p. 207 l. 1., pl. p. 13 l. 16. 30 l. 7. 207 l. 1. (Ch. פִּיל, פִּילָא, Ar. فِيل *id.*).

ܦܝܠܕܠܦܝܐ f. *Philadelphia*, urbs Asiae min., p. 106 l. 11.

ܦܝܠܘܣܘܦܝܐ, ܦܝܠܘܣܘܦܝܐ f. φιλοσοφία, *philosophia* p. 10 l. 15. ܦܝܠܣܘܦܘܬܐ *id.* p. 221 l. 11.

ܦܝܠܘܣܘܦܐ sive ܦܝܠܘܣܘܦܐ sive ܦܝܠܣܘܦܐ m. *philosophus* p. 6 l. 9., pl. p. 4 l. 8. 16 l. 11.

ܦܝܠܝܦܘܣ, ܦܝܠܝܦܘܣ (ܦܝܠܝܦܘܣ Amir. p. 109 l. 1.) *Φίλιππος, Philippus* p. 146 l. 16. 147 l. 18. ܦܝܠܝܦܐ, ܦܝܠܝܦܐ *Φίλιππε* p. 146 l. 18. 147 l. 20.

ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ sive ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ (h. e. amicus hospitum) *Philoxenus*, n. pr. episcopi Mabugensis, qui circa a. 522 mortem obiit, p. 145 l. 13.

ܦܝܢܐ m. *Phaina*, h. e. *paenula*, nomen amictus patriarcharum, episcoporum et presbyterorum apud Syros, ex v. Gr. φαινόλης, Lat. *paenula*, effictum. Idem est vestimenti genus, quod postea appellatum est et-

iamque nunc appellatur *Planeta.* Erat autem in parte antica apertum in modum *pluvialis*, qui amictus antiquae planetae habet formam. Cfr. Ass. B. O. T. II Diss. de Monoph. p LVII. T. III P. II p. 683. 819., et Pelliccia de christ. ecclesiae politia, ed. Ritter (Colon. ad Rhen. 1829) p. 149 sqq. Pl. ܦܝܠܘܢܐ p. 61 l. 12.

ܦܝܢܟܐ m. vox Gr. *πίναξ* (*ακος*) *lanx, scutella,* p. 5 l. 9. 9 l. 5.

ܦܝܬܓܘܪܘܣ n. pr., *Πυθαγόρας, Pythagoras,* philosophus Samius celeberrimus, p. 4 l. 12. (Ar. فيثاغورس Hist. Dyn. p. 51. 82. et فيثاغوروس ib. p. 77 et 84.).

ܦܝܬܓܘܪܘܣܐ, it.

ܦܝܬܓܘܪܝܐ m. Gr. *Πυθαγόρειος, Pythagoreus,* f. p. 5 l. 8.

ܦܟܚ (Ar. فكّ) i. q. فدغ et سدغ (B.Bahl.) *fregit.*

ܦܟܐ m. (Ar. فكّ) *mandibulum, maxilla* p. 208 l. 5. Transl. *maxilla* i. e. *latus* rei, maris p. 183 l. 16., altaris Ass. B. O. T. II p. 214 col. 2 l. 14.

ܦܟܪ *ligavit, vinxit* alqm (Ch. כְּפַת). Transl. *devinxit, compressit, oppressit* alqm alqd p. 137 l. 8 Syr.

Pa. ܦܟܪ *vinxit, colligavit, constrinxit* (refertur ad plures; Ch. כַּפֵּת Dan. 3, 20). Transl. *compressit, oppressit, supplantavit, prostravit* p. 165 l. 15.

ܦܟܪܐ m. *vinculum,* pl. p. 211 l. 21.

ܦܠܐ, fut. ܢܦܠܐ, (Ar. فلى) *diligenter quaesivit, exquisivit, scrutatus est, quaeritavit* Ephr. opp. T. I p. 282 l. 5. (Ar. فلى i. q. فتش *id.*, spec. *scrutatus est* caput, pediculos quaerendi legendique caussa [nostr. suchen]; it. *scrutatus* et *meditatus est,* ut sensum carminis intelligeret. فلا *quaesivit*). Pa. i. q. فلّى, فتّش. (Ch. פַּלֵּי disquisivit, exquisivit, separavit [He. פִּלֵּא Pi.], removit).

ܦܠܐܬܐ f. *quaestio, in qua aliud verbis, aliud sensu significatur, nec facile, nisi quis interpretetur, intelligi potest,* sermo obscurus, obscurum et involutum alqd, de quo quaerendum, medi-

tandum, quod, ut intelligatur, explicatione eget, *aenigma* p. 154 l. 10., *allegoria*, etiam *parabola*.

ܦܠܓ (B.Bahl. etiam ܦܠܓ), fut. ܢܦܠܘܓ, (Ch. פְּלַג) *fidit, diffidit, divisit* alqd, pec. in duas partes (He. פִּלֵּג in K. inus., Ar. فلج *id.*).

Pa. ܦܠܓ 1) *divisit, partitus est* alqd, alqos *in*, ܠ, partes, in tres partes p. 188 l. 9. 2) *distribuit, divisit* alqd p. 94 l. 15. 95 l. 1., c. ܠ p. *aliquibus, in, inter* alqos p. 5 l. 12. 109 l. 12., it. c. ܥܠ pers. p. 74 l. 7. 13.

Ethpa. ܐܬܦܠܓ 1) *divisus est, divisit se in*, ܠ, partes p. 81 l. 17. 188 l. 8. Transl. *dubitavit*. 2) *distributus est*.

ܦܠܓ, ܦܠܓܐ m. *dimidium, dimidia pars* rei p. 34 l. 8. 93 l. 8. 185 l. 8. ܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ *media nox* p. 9 l. 18. 19. 118 l. 16.

ܦܠܓܐ m. i. q. He. תֹּף, Ar. دُفّ et دَفّ, *semitympanum* (Halbpauke, Handpauke, tambour de basque). Pl. ܦܠܓܐ p. 20 l. 2.

ܦܠܓܘܬܐ f. *dimidium, dimidia pars* rei, *pars* libri bipartiti p. 136 l. 11. 13., pl. *dimidia, partes dimidiae* rei dimidiatae, hominum in duas partes, duo agmina divisorum p. 81 l. 17.

ܦܠܝܓܘܬܐ f. *dissensio, dissidium* p. 89 l. ult.

ܦܘܠܓ, ܦܘܠܓܐ m. (a Pa.) *divisio, distributio* p. 11 l. 9.

ܦܠܗܕ, fut. ܢܦܠܗܕ, 1) *dissipavit* p. 206 l. 3. cfr. Ar. فَلَّ. 2) *dissipavit, exhausit, erogavit* p. 46 l. 13.

Ethpa. ܐܬܦܠܗܕ *dissipatus est* p. 84 l. 14., c. ܒ loc. *dissipatus est in loca, vagatus est in* locis p. 10 l. 7.

ܦܠܒܝܢܘܣ *Flavianus*, n. pr. praefecti Palaest. p. 211 l. 9.

ܦܠܚ, fut. ܢܦܠܘܚ, (Ch. פְּלַח) 1) *operatus est, operam collocavit in alqa re, opus fecit*, spec. *rusticum* (cfr. ܦܠܚܐ et He. פָּלַח, Ar. فَلَجَ fidit, sulcavit, spec. terram, aravit). Seq. acc. *operam dedit* rei, *coluit, exercuit* alqd p. 157 l. 9., ܦܠܚ ܥܒܕܘܬܐ coluit *servitutem*,

servivit *servitutem* ܠ alicui p. 166 l. 6. 2) *servivit* alicui p. 164 l. 4., *coluit* alqm, *coluit, veneratus est* Deum, ܠ, p. 191 l. 7. 99 l. ult., lunam p. 203 l. 15. 3) *militavit.*

Aph. ܐܦܠܚ *fecit, ut* alqis *operaretur, operam collocaret in alqa re, serviret, nomen militibus daret, milites, copias scripsit, coëgit, paravit,* p. 46 l. 15.

ܦܠܚ, ܦܠܚܐ m. *operarius*, spec. *qui in opere rustico se exercet, rusticus* Ass. B. O. T. III P. I p. 422 col. 2 l. 8. 16. 2) *qui alicui operas dat, inservit, ministerium facit, adest, famulus, minister, cultor, satelles, miles*, pl. p. 217 l. 8. 218 l. 8. 222 l. 13.

ܦܠܚܐ m. (Ar. فَلَّاح) *agricola, rusticus,* pl. p. 88 l. 4.

ܦܠܚܘܬܐ f. 1) *operatio, opus,* spec. *rusticum.* 2) *ministerium, cultus.* 3) *militia,* et *ipsi milites,* p. 13 l. 9.

ܦܘܠܚܢܐ m. *opus* p. 1 l. Syr. 5.

ܦܠܛ *elapsus est, evasit, effugit* p. 66 l. 7. 122 l. 18. 128 l. 18. 132 l. 4. Ch. פְּלַט, He. פָּלַט *id.*

Pa. ܦܠܛ *eripuit, servavit, liberavit.* Ar. فَلَطَ, فَلَصَ et فَلَتَ coni. IV. *id.*, cfr. etiam بَلَطَ.

Ethpa. ܐܬܦܠܛ 1) *ereptus, servatus, liberatus est.* 2) *se servavit, evasit* p. 63 l. 8. 66 l. 11., c. ܒ *in* loc. p. 65 l. 1., c. ܠ loci *id.* p. 65 l. 8.

ܦܠܛܘܢ m. *Πλάτων* **Platon, Plato**, n. pr. philosophi Atheniensis, p. 4 l. 7 et al.

ܦܠܛܘܬܐ f. pl., v. Gr. *πλατεῖα, plateae* p. 166 l. 4. (Ch. פְּלַטְיוּתָא *platea*).

ܦܠܛܝܢ, ܦܘܠܛܝܢ et ܦܠܐܛܝܢ m. *palatium* (*παλάτιον*) p. 37 l. 18. 13 l. 8. 11 et al. (Ch. פַּלְטִין et פַּלָּטִין, Ar. بَلَاط id.).

ܦܠܢ m. (He. פְּלֹנִי, Ar. فُلَان) i. q. Gr. *ὁ δεῖνα certus, quidam, nescio quis,* fem. ܦܠܢܝܬܐ (Ar. فُلَانَة, Gr. *ἡ δεῖνα*) p. 21 l. 4. Designatur *ille* vel *illa, illud,* cuius nomen vel inexploratum et incognitum est, vel consulto, aut quod nomenclatio ad rem nihil interest, supprimitur (cfr.

ܦܠܢܝ, ad quam rad. revocari potest voc. nostrum, et translatio Syr., Chald. et Ar. voc. He. פְּלֹנִי 1 Sam. 21, 3.). ܓܒܥܬܐ ܦܠܢܝܬܐ collis certus p. 24 l. 18.

ܦܘܠܣܐ v. supra in ܦܠܣ.

ܦܠܣܛܝܢܐ s. ܦܠܣܛܝܢܝ, ܦܠܣܛܝܢܐ, ܦܠܣܛܝܢܝ f. v. Gr. Παλαιστίνη, Palaestina p. 211 l. 8. 21. 54 l. 1. 183 l. 18. 129 l. 5.

ܦܠܫ 1) *perfodit.* 2) *fodiendo viam, aditum sibi aperuit.* Transl. 3) *penetravit, pervestigavit, perscrutatus est* alqd p. 177 l. 13.

ܦܡܦܝܠܘܣ, ܦܡܦܝܠܘܣ *Pamphilus*, n. pr. martyris, p. 221 l. 14. 215 l. 7.

